ſi creat ſpſ. Unde ⁊ dauid docenſ ſapientiā naturaſe. emitte
inqt ſpm̄ tuū ⁊ creabunt̄. Docet moralia in eodē libro. cū me
in illiſ beatitudinib; docet moreſ. quēadmodū amare inimicū
debeā. quēadmodū n̄ referire. ⁊ repcutere uerberantē. quēad
modū benefacere. mutuū dare. cū deſpatione recupationiſ.
⁊ cū remuneratione mercediſ. Merceſ enī facili⁹ ſequit̄ n̄ ex
pectantē. Docuit ꝫ rationabilia cū lego. quō q fideliſ ē in mi
nimo. ꝫ in magniſ fideliſ ē. Quid adhuc de naturalib; dicā. qd do
cuit uirtuteſ celoꝝ moueri. dn̄m ſolū ēē unigenitū dī filiū.
in cui⁹ paſſione tenebrę ꝑ diē factę ſunt. t̄ra obſcurata ē. ſol re
fugit. Ergo omnē quē mundana ſibi prudentia falſo uendicat
ꝑncipatū. ſapientia uere poſſidet ſpiritaliſ. ꝓſertim cū auda
tiuſ ut aliquit uſurpemuſ. ipſa fideſ nr̄a. ipſū myſteriū trini
tatiſ ſine hac triplici ſapientia ēē n̄ poſſit. n̄ credam⁹ ⁊ illū
naturalit̄ patrē q nob genuit redēptorē. ⁊ illū ethicū qui pa
tri uſq; ad mortē ſcdm̄ hominē obędienſ noſ redemit. ⁊ illū
rationabile ſpm̄. q rationē colendę diuinitatiſ ⁊ uitę regendę
humaniſ pectoribuſ infundit. Nec quiſquā putet noſ poteſtatiſ
aut uirtutiſ feciſſe diſtantiā. cū hęc calumnia. ꝫ pauſu poſſit
inceſſere. Neq; enī diſtantiā fecit ille. cū dix. Diuiſioneſ gratia
rū ſunt. idem aūt ſpſ. ⁊ diuiſioneſ miniſterioꝝ ſunt. idem aūt
dn̄ſ. ⁊ diuiſioneſ opationū ſunt. idem aū dſ. q opat̄ omīa in
omīb;. Opat̄ enī omīa ⁊ in omīb; filiuſ ſic habeſ alibi. qa om
nia ⁊ in omībuſ xp̄c. Opat̄ ⁊ ſpſ ſcſ. quia omīa opat̄ unuſ atq;
idem ſpſ. diuidenſ ſingulis ꝓut uult. Nulla g̊ opationū diſtan
tia. nulla diſcretio ē. ubi uel in patre. ul in filio. ul in ſpū ſcō.
nulli ſcđa plenitudo uirtutiſ ē. Hęc igit̄ diligent̄ cū legim⁹.
conſiderem⁹ ut in ipſiſ lociſ nob poſſint meliuſ elucere. Qui
enī querit. inuenit. ⁊ q pulſat. apietur ei. Aperit ſibi dili
gentia ianuā ueritatiſ. ⁊ ido p̄ceptiſ celeſtib; pareamuſ. Neq;
enī ocioſe dictū ē homini. qd nulli alioꝝ animantiū. in ſudo

H

Lizenz: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 166(413), p. 7a – Ambrosius ‹Mediolanensis›, Expositio Evangelii secundum Lucam (http://www.e-codices.ch/de/sbe/0166/7a)